



22112973



LATÍN
NIVEL MEDIO
PRUEBA 1

Lunes 16 de mayo de 2011 (tarde)

1 hora 15 minutos

Número de convocatoria del alumno

0	0								
---	---	--	--	--	--	--	--	--	--

INSTRUCCIONES PARA LOS ALUMNOS

- Escriba su número de convocatoria en las casillas de arriba.
- No abra esta prueba hasta que se lo autoricen.
- Responda a la pregunta 1 ó a la pregunta 2 en los espacios provistos.
- Se permite el uso de diccionarios en esta prueba.



Responda a la pregunta 1 ó a la pregunta 2.

Traduzca al español la sección del pasaje indicada entre asteriscos. En la página opuesta se encuentra la traducción del resto del pasaje.

1. La ley romana de ciudadanía comparada con la de otros estados.

de civitatis enim iure, non de foederibus disceptamus: quid est quam ob rem civi Gaditano* in hanc civitatem venire non liceat?

* equidem longe secus sentio.

5 nam cum ex omnibus civitatibus via sit in nostram, cumque nostris civibus pateat ad ceteras iter civitates, tum vero, ut quaeque nobiscum maxime societate amicitia sponsione pactione foedere est coniuncta, ita mihi maxime communione beneficiorum praemiorum civitatis contineri videtur. atqui ceterae civitates omnes non dubitarent nostros homines recipere in suas civitates, si idem nos iuris haberemus quod ceteri; *

sed nos non possumus et huius esse civitatis et cuiusvis praeterea, ceteris concessum est.

Cicerón *pro Balbo* 29–30

* *Gaditanus*, -a, -um adj.: habitante de la ciudad de Gades, en la provincia romana de Hispania



2. La princesa troyana Polixena es sacrificada para aplacar al espectro de Aquiles.

435 ut cecidit fortuna Phrygum, capit impius ensem
 rex Thracum iuguloque sui demisit alumni
 et, tamquam tolli cum corpore crimina possent,
 exanimem scopulo subiectas misit in undas.

* litore Threicio¹ classem religarat Atrides²,
 440 dum mare pacatum, dum ventus amior esset.
 hic subito, quantus cum viveret esse solebat,
 exit humo late rupta similisque minanti
 temporis illius vultum referebat Achilles,
 quo ferus iniustum petiit Agamemnona³ ferro,
 445 “inmemores”que “mei disceditis,” inquit “Achivi⁴,
 obrutaque est mecum virtutis gratia nostrae?
 ne facite! utque meum non sit sine honore sepulcrum,
 placet Achilleos⁵ mactata Polyxena manes!”*

dixit, et inmiti sociis parentibus umbrae,
 450 rapta sinu matris, quam iam prope sola fovebat,
 fortis et infelix et plus quam femina virgo
 ducitur ad tumulum diroque fit hostia busto.

Ovidio *Las Metamorfosis* 13.435–452

¹ *Threicius*, -a, -um adj.: Tracio

² *Atrides*, -ae sustantivo, m.: descendiente de Atreo, normalmente Agamenón

³ *Agamemnona*: acusativo

⁴ *Achivi*, -orum sustantivo, m.: los griegos

⁵ *Achilleos*: genitivo



